



DE PRIMOGE-  
 NITVRA TRACTATVS  
 super difficili & satis tractata  
 quaestione per antiquos & neo-  
 tericos Doctores. An filius se-  
 cundogenitus praerendus sit  
 nepoti ex primogenito mor-  
 tuo, viuente auo. Et nouiter sta-  
 te dispositione legis Mentalis  
 Lusitaniae, vter eorum sit praefe-  
 rendus. ab Iacobo à Saa Equite  
 Lusitano nuper in lucē editu.

*num. 1500. 2.*  
*num. . . 22*

PARISIIS,

Apud Martinum Iuuenem sub in-  
 signi D. Christophori.

CVM PRIVILEGIO.



Coll. Soc. Iesv Salm. ex dono Regum.



SALANICA

# IUSTITIA.

Iudicium durissimū in his qui præsunt fiet. Sap. 1.



Potentes potenter tormenta patientur. Sap. 6.

*Frater Hieronymus Abolcastro deputatus ad inquisitionem et examē librorū à Reuerēdisimo domino Henrico cardinali generali inquisitori, concedo licentiam D. Iacobo à Saa, ut librū hunc possit typis tradere, asserens me nihil in eo offendisse quod fidei orthodoxæ aduersetur, aut pias offendat aures, in quorum fidem has manu propria feci et muniui 22. April. anni 1550.*

*Fr. Hieronymus Abolcastro mag.*

# AD IOANNEM DEI

GRATIA INVICTISSIMUM REGEM

Lusitaniæ & Algabiorum, ultra citraque

mare: in Africa dominumq; Gui-

neæ ac Indiæ, Iacobi à Saa

Præfatio in tractatum

de Primoge-

nitura.



*inferior hic mundus, invictissime Rex, sicuti à corporibus cœlestibus pendet, ita rerum publicarum ac populi status principum præsertim lōge latèque dominantium consilio stabilitur. Et sicut populi voluntas*

*ac studia à nutu pendent regio: ita iuxta Sapientis apophthegma, non caret regia potestate, qui corpori suo novit recta cum ratione imperare. Verè enim dominator est*

*terre, qui carnem suam regit legibus disciplinae. Membranaque nostra (teste Paulo apostolo) arma sunt iustitiæ.*

Rom. 6.

*Est ergo in Regibus duplex potestas qua deo serviunt: Altera, quia homines sunt: altera, quia etiam reges. Quatenus homines sapienter vitam instituendo, quatenus autem*

*Reges, iusta præcipientes, & contraria prohibentes, leges, summa potestate, & auctoritate gravissima sanciendo domino serviunt, cum ea faciant ad serviendum illi, quæ*

*nisi Reges facere nõ possunt, exemplo Iosia, Exechia, qui 4. Reg. 3.*

*lucos & templa idolorum, contra præcepta dei construxerunt, & .12.*

*Etæ, solo adæquarunt. Cui affine est illud Regis Ninivitarum, qui universam civitatem ad placandum dominum*

Ion. 3.

*compulit.*

I

# Tractatus de primogenitura INCIPIT.

**I** **D**A MIHI DOMINE SAPIENTIAM & intelligentiam, ut ingrediar & egrediar, dicebat Salomō. 2. Paralipo. 1. Qui egressus, ut ibi dicit glo. intelligitur ad bella pro defensione populi, ingressus verò ad iudicia, ad præsciendum populi litigia. Quia autem in manu Dei sunt omnes sermones nostri, & omnis sapientia & scientia, ipse Dominus labia mea aperiat, & spiritus sanctus illuminet intellectum ad ostendendum modum & ordinem, quo præscindantur & euitentur litigia in successione primogenituræ, utrum filius primogeniti filij præferendus sit patruo suo, in maioratu aui sui.

**2** **N**e nimium longa sumatur oratio, de re dicere incipiemus: non enim spe quæstus aut gloria commoti, ad scribendum venimus quæ admodum cæteri, sed ut industria nostra, cauilla ista diluantur. Et quia sæpe veritas, ut ait Cicero, nisi ordo seruatus sit, fidem facere non potest, principium huiusmodi debet esse, ut statim apertis rationibus vnumquodq; ad veritatē trahamus, quod pertinet ad eas causas de quibus iudicium futurum est. Rem verò breuiter narrare poterimus, si inde incipiemus

*I. Rhet.*

**A** narrare

